



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

VIII. Bischof Heinrich's von Havelberg Ablaßbrief für das Kloster Abbenrode, v. J. 1280.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

VI. Bischof Heinrich bekundet die Weihe des Altars in der Kirche zu Breddin bei Havelberg, vom 23. September 1273.

(Anno dominice incarnationis) M°. CC°. LXXIII°. Nos (Hinricus, dei gratia) Havelbergensis (episcopus, consecraimus) hoc templum et altare in honorem beati . . . . . is et pontificis et continentur in eo Reliquie Sancti Nicolay et marie magdalene et beate katerine virginis et martyris et aliorum Sanctorum, quorum nomina ignorantur. Actum Nono kalend. octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

Alter Zettel, welcher mit mehreren Reliquien in einem irdenen Topfe, dem das bischöfliche Siegel dieser Urkunde als Deckel diente, in dem Altare der Kirche zu Breddin im Jahre 1846 aufgefunden wurde.

Die in ( ) eingeschlossenen Stellen sind nach Muthmaßung ergänzt.

VII. Die Markgrafen Otto und Albert vereignen der Havelberger Kirche Ländereien zwischen Babitz und Wittstock, am 25. Mai 1276.

In nomine Domini amen. Nos Otto et Albertus, Dei gratia marchiones Brandenburgenses, recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod quicquid est inter Babyz per metas nunc signatas usque in paludem, que uocatur Babiz, siue ligna, siue agri, siue pascua sint, siue prata, uersus ciuitatem Wittstock, eius proprietatem damus domino Henrico, Havelbergensis ecclesie episcopo, amico nostro dilecto, et eius ecclesie, ita tamen quod eadem proprietas, id est, ligna predicta, pascua atque prata uel agri ad eandem ciuitatem Wittstock debeant perpetuo pertinere. Vt autem hec nostra donatio in perpetuum rata et immobilis perseueret: presens scriptum de certa nostra conscientia sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Testes autem qui presentes fuerunt, sunt: Zabellus de Redictorp, Zabellus de Plawe, Yo de Konigsmarck et Hermannus de Plawe, milites; Dominus Petrus, prepositus in Wittstock, Dominus Bruningus, Plebanus in Wuzsterhufen et canonicus ecclesie Lubecensis et noster notarius et Bartholdus, noster notarius, canonicus ecclesie Lubucensis. Datum Wuzsterhufen, anno Domini M. CC. LXXVI., VIII. kal. Junii.

Endewig, Reliqu. Mpt. VIII, 272.

VIII. Bischof Heinrich's von Havelberg Ablaßbrief für das Kloster Abbenrode, v. J. 1280.

Henricus, Dei gracia Havelbergensis Ecclesie Episcopus, Sanctimonialibus Cisterciensis Ordinis in Abbenrode salutem in Domino. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi



a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de abundantia pietatis sue, que supplicum preces excedit et vota multo maiora tribuat, quam valeant promereri, Volentes tamen nihilominus populum Domino reddere acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quibusdam muneribus, indulgentiis scilicet et remissionibus invitare. Cupientes igitur, ut Ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ad Ecclesiam ipsam in Die Dedicacionis et in anniversario ipsius et omnibus festis Domine nostre et in Die Patroni, scilicet Andree Apostoli, reverenter acceperint, XL dies et unam carenam de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum anno domini MCCLXXX.

Aus einem das Stift Halberstadt betreffende Urkunden enthaltenden Copiarum im Magdeburger Provinzial-Archiv.

IX. Bischof Heinrich's von Havelberg Ablassbrief für die Predigermönche in Halberstadt, vom Jahre 1282.

Henricus, dei gracia Havelbergenfis ecclesie episcopus, Dilectis in christo fratribus ordinis predicatorum in halberstat salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere uenit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de habundantia pietatis sue, que preces supplicum excedit et uota bene seruiantibus multa maiora tribuat, quam ualeant promereri; volentes tamen nihilominus populum domino reddere acceptabilem, fideles christi ad complacendum ei quibusdam illectivis muneribus, indulgentiis scilicet et remissionibus inuitamus, ut exinde diuine gracie reddantur aptiores. Cupientes igitur, ut ecclesia uestra congruis honoribus frequentetur, omnibus fidelibus uere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam in die dedicacionis, In festiuitatibus beate virginis, in festis patronorum, scilicet beati pauli apostoli et beate Katherine, in utroque festo beati Dominici, in festo beati petri martiris et beati augustini et per octauas omnium supradictorum solempnitatum et in die parasceues reuerenter acceperint, XL dies et unam carenam de iniuncta sibi penitentia sub ratihabitione venerabilis patris halberstadenfis episcopi misericorditer relaxamus. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXII<sup>o</sup>.

Nach dem Original des Dominicaner-Klosters zu Halberstadt No. 26 im Provinzial-Archiv zu Magdeburg.

X. Bischof Heinrich's von Havelberg Ablassprivilegium für die Marien-Kirche zu Halberstadt, vom Jahre 1284.

Henricus, dei gratia havelbergenfis Episcopus, vniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis presencium prosperitatem cum felicitate perhenni. Cum inter holocausta uirtu-